cramentoꝝ visibiles dari potuit hoĩbus. sed ptãs grãm crean
di seu cõferendi penes solũ residet saluatorẽ. Sed q̃re hoc sa/
cramentũ (de quo nũc agimus) vocat̃ ordinis sacramentum
Raymũdus. In isto sacramẽto q̃dam grãdis auctoritas ꝛ
honoris ptãs aliq̃bus viris tribuit̃ qua suꝑ ceteros hoĩes al/
tius eleuant̃ ꝛ q̃busdã gradibꝫ attollunt̃. Ubi aũt est vnus al
tero superior illic ordo sit neccẽ est: q̃ inter xp̃ianos vnũ attollit

Duo sunt hoĩ necc͞aria ad sa/lutem.

sup̄ alterū. Sicut em̄ oīa mēbra hūani corpis in hoc ꝯueniūt
ꝙ viuūt. ꝙ calēt. ꝙ nutriunt̄. ꝙ mouent̄: longe tn̄ dr̄ūt penes
officia singul' distributa. Ita oēs xp̄ifideles in fide. spe. ꝛ chari
tate ꝯcurrūt. sꝫ dignitatis ptās vnū eleuat sup̄ aliū. Et iō xp̄ia
nā gentē in duos nccārio pplós subdiuidim⁹. vnus sꝫ laici. ꝛ
vn⁹ clerici. At qm̄ clerus distributōe sacramētorū xp̄o ꝓxime
appropinq̄t. iō ē laicꝭ dignior. sublimior. nobilior Dn̄icus
Intelligo ordinē. cupio tn̄ nosse q̄re hic ordo dat̄ p modū sa/
cramētu: ꝛ an h' sacr̄m recipiēti grāꝫ largiat̄ Raymūd⁹ Ex q̄ Q̄uō ordo sit sacramentum
sacramētoꝝ mīstri debēt ab aliis separi ꝛ attolli. iō nccāriū est
vt h' fiat p aliq̄ signa manifesta Nā sicut xp̄ianus dū sepatur p
baptismū a nō xp̄iano recipit caracterē in aīa īdelebilē: ita dū
hō xp̄ianus accipit tā grandē ptātē sup̄ ceteros vt possit sacra
mēta ꝯficere ꝛ ꝯferre impmit̄ ei caracter īmortalis p aliq̄ signa
manifesta. atqꝫ iō oportuit vt tal' ptās p modū largiat̄ sacramē
ti Dn̄icus. Sed nūq̄d iste caracter īpressus dū ordo ꝯfert̄ Q' sacramētū
grā dici dꝫ Raymūdus. Licꝫ iste caract' sit res inuisibil' aīe ordinis grām
impssus: nō tn̄ est grā. sꝫ est q̄dā sp̄ūalis ptās a xp̄o collata q̄ in nō largitur. sꝫ
eternū deleri nō pt. Nā q2 alii xp̄iani assimilant̄ xp̄o p grāꝫ. iō potestatem.
oꝫ vt vltra hanc grām quā etiā isti in aliis sacramētis recipiūt
aliud q̄ddā ip̄is in aīa impmat̄ p qd̄ sup̄ alios eleuent̄ et xp̄o ꝓ
pinquis ꝯpent̄. Idcirco q̄uis hmōi hō pdat grāꝫ sibi collatā
nō tn̄ iō pdit hāc inuisibilē ptātem: q̄ illi vt caract' indelibil' pse
uerat. Dn̄icus. Sed quō ꝓbas rogo ꝙ ista ptās nō possit
amitti Raymūd⁹ Ista ptās mīstrandi sacra nō dat̄ his q̄bꝫ Nota charac/
dat̄ ꝓpter seip̄os sꝫ ꝓpt' alios q̄bꝫ nccē est ex sacramētꝭ accipe terē ordinis in
grāꝫ. iō oꝫ vt etsi hi mīstri suā grāꝫ peccādo pdāt. nō pdūt tn̄ in delebilem
delebilē ptātē. Preterea. si clicus posset suā amittere ptātē: dā
na maxīa xp̄iano pplo ꝓueniret q̄ꝝ oīs tūc salus vel pditio ad
bonitatē vl' maliciā pēderet sacra donātis: eētqꝫ nimis īfelicit'
nr̄e ꝓuisuꝫ sanitati. Preterea ordo sacerdotal' q̄ ē int' oēs ꝑnci
palior magnā hꝫ cū libero ar. ꝯcordiā. Nā sicꝫ liberꝝ ar. ē īmor
tale: ita ꝛ sacerdotiū. Et sicꝫ liberꝝ ar. etiā si fuerit corruptū ē tn̄
naturalr̄ p̄ ceterꝭ creaturꝭ deo ꝓxīm: ita ꝛ sacdos q̄uis sit vicio
sus ꝛ sceleribꝫ plen⁹: ī ptāte tn̄ q̄ fungit̄ sp̄ pmanet xp̄o ꝓpiqu⁹
Nā ex q̄ sacerdos nihil grē in aīa tribuit. sꝫ foris spēs visibiles

administret. iõ sua vel bonitas vel malicia nihil efficit ad sacramẽti virtutẽ. ita tñ dũ faciat sicuti fieri xp̃s istituit. Quẽadmodũ em̃ hõ eque generat siue sit bonus siue malus: & deus eq̃liter animã donat: ita bonitas & malicia sacerdotis nihil ĩpedit q̃n deus optimus sp̃ det grãm sacramẽtis. Hinc etiã p3 q̃ hõ aliq̃s xp̃ianus a sua gr̃a relapsus p̃t nihilominꝰ recipe ordinis sacramentũ. q2 nõ p2ereq̃rit bonitatẽ p̃sone. sed solũ sufficit q̃ sit xp̃ianus Dominicꝰ. Quantũ ego ꝯsidero ptãs que in sacramẽto ordinis ꝯfert̃ sicut hoĩs grãm nõ exigit: ita etiã nemi nẽ meliorẽ reddit. Puto tñ q̃ huiuscemõi mĩster sicut ceteros añcedit altissima ptãte: ita etiã d3 magna sanctitate p̃cedere. q2 al's tã magnifica sacramẽta nõ poterũt ab eo digne mĩstrari.

Raymũdus Recte arbitraris. Qui em̃ res sacroscãs administrat tenet̃ ipse & scũs & bonus ẽẽ. alioq̃n in suã p̃niciẽ & p̃ditõem elaborat Quantũ tñ attinet ad sacramentoꝝ v̾tutẽ nihil officit aliis si malus & indignus fuerit. Hoc tñ verũ est q̃ si is q̃ ordines recipit fuerit in gr̃a copiosiꝰ illi gr̃a cumulat̃. si malus fuerit in suã quidẽ p̃niciẽ cõsecrat̃. sed tñ p̃manet ꝯsecratꝰ et nõ magis p̃iudicat sacramẽtis q̃3 malus apothecariꝰ optis a se cõditis medicinis Dñicus. Hinc luce clariꝰ apparet q̃ is q̃ vult recipe xp̃i grãm in sacramẽtis nõ d3 ministrãtis maliciã cogitare: cũ nullã tribuat sacramẽtis virtutẽ. nõ magis q̃3 apothecarius q̃ medicinam conficit. qui tamẽ nõ dat herbis virtutem neq3 radicibus.

Q sacramentũ ordinis p̄2icipaliter respicit & ordinat̃ ad sacr̃m eucharistie ¶Caplm̃. lxxxi.

Raymũdus. Nũc supest vt b2euiter dicamus huiꝰ sacramẽti respectũ. Cũ em̃ certissime cõstet q̃ sacramẽtum eucharistie sit summũ & maximũ oĩm sacramentoꝝ. eo q̃ ibi cõtineat̃ totus xp̃s deus & hõ. iõ sacramentũ ordinis e directo & p̃cipue respicit ptãtem q̃ dat̃ sup2a sacr̃m co2pis & sanguĩs xp̃i. et p̄pter hoc est p̄ncipal'r institutũ. Et q2 huiꝰ ptãtis gradus est vltimꝰ. iõ necẽ est ascẽsum ad hũc fieri p̱ alios ḡdus. hoc est ptãtes alias ĩferio2es donec p̱ueniat̃ ad summũ Tincto2 em̃ añq̃3 ponat in pãno crudo vltĩmũ colo2ẽ ac nobilissimũ: p̄mũ

inserit alios colores minus nobiles qui viā faciāt ad colorē vl
timū. Et iō ad sacerdotiū sex gradib⁹ ordinatis fit sensim ascē
sus. Primus gdus est ptās ostiarij. secūdus lectoris. terti⁹ ex-
orciste. quartus accoliti. qntus subdiaconi. sextus est diaconi
vltimus sacerdotis. Et qz tales psone ab alijs distinguūtur z
eleuant. iō oportz q sit qdam drīa visibilis. z iō añ oīa ton-
sura pcedit: p quā tanq̄ in signo a laicis separantur. Verū qz sa
cerdotiū (vt iā diximus) libero arbitrio cparatur. iō sicut liberū
arbitriū est deo primū p naturalē virtutē: ita sacerdos ē sacra
mēto eucharistie maxie ppinquus p ptātem sacerdotalē. Itē
sicut oēs creature p liberū arbitriū ad deū copulant. ita oēs in
feriores gradus p sacerdotiū sacre eucharistie cōiungunt. Et
sicut hō cōtinet in se oēs creaturas: ita z sacerdos pter sex gra
dus oēs etiā xpianos. Itē sicut ptās liberi arbitrij ē sup alias
ptātes naturales: ita natura sacerdotalis glie oēs supat virtu
tes spūales. Itē. sicut p primū hoiem quē fecit deus multipli-
cauit alios hoies: ita p primū sacerdotē xpm quē deus institu
it alios multiplicauit sacerdotes Dominicus. Sz nunqd
pter solā eucharistiā est sacerdotis ptās instituta Raymū
dus. Nō pter solā eucharistiā. sed tū (vt dixi) pncipalr pter
eā. Huic aūt ptāti iudiciaria ptās q in sacramēto pnīe necāria
est copulat. qz nemo pt digne sumere eucharistie sacramentū
nisi pus a pctō soluat. Et sic sacerdos scdario recipit ptātez iu
dicādi z absoluēdi. q ptās clauis vocat. eo q itromittat hoies
ad xpi corporis sacramētū. ad xpianorū csortiū. z ad regnū celo-
rū Dominicus. Placet qd dicis. sz est aliud qddam qd me
pmouet. Cū nullus xpianus possit sibipi dare ptātem sup sa
cramentū corpis xpi: iō videt oportere eā ab alio qdā supiore
recipere. z qz nō est pcedere in infinitū. idcirco oz sistere in aliq
maxio sacerdote sup quē nemo sit Raymūdus. Dixi paulo
añ oīa sacramēta pfluere a xpo maxio sacerdote Verū qz opor
tuit illū ascēdere in celū: iō p seipm aliqs magnos cstituit sacer
dotes qbus ptātem ptulit alios epos z psbyteros ordinādi. z
vnū pre ceteris loco sui vicariū cstituit q hret pminentiā lōge
sup alios: in q tanq̄ in vno capite oēs xpiani fidelr vnirentur
Hic ē petrus apls z oēs summi pōtifices sui seqces. qui gerit

p̄sonā xp̄i: qui hꝫ vniuersalē p̄tātem ⁊ illuminatā sacramētū ordinis ꝯferendi ⁊ oīa pctā penitentiū xp̄ianoꝝ ⁊ oīa scelera iudicādi: absoluēdi: donādi. Dn̄icus. Egisti satis q̄stiuncule mee. Verꝫ qꝛ paulo an̄ in laicos et cl'icos xp̄ianū ppl'm p̄titus es. iō cogor estimare int' laicos etiā inueniri aliquā ordinis potestatē p̄ quā vnus sup̄ alterꝝ eleuet' sicut nūc in clero demōstrasti. Videmus em̄ sup̄ opifices ⁊ mercatores eleuari ciuiliū causarū iudices. tū milites: tū barones: tū comites. dein̄ duces ⁊ reges donec venias ad imp̄atorem qui caput est oīm.

De septīo sacramēto qd' est mr̄imoniū: p̄ qd' datur bn̄ esse ⁊ gratia ⁊ remediū cōtra peccatum.

Aymūdus Si cupis ordinē p̄tātis ¶ Capitulū. lxxxij laicalis plenius agnoscere lege librū meū vn̄ iste trāssumptus ē: nos ad finē p̄perātes nccārijs tm̄ h' intēdimus īmorari. Pauca igit' nūc de sacramēto mr̄imonij eloq̄mur. Cū dn̄s deus p̄mū hoīem ꝯditū in paradiso posuisset: ꝯtinuo feīaꝫ de sua carne formatā illi in mr̄imoniū copulauit: vt p̄ hanc ꝯiunctionē visibilē alia copula inuisibil' (q̄ est hoīs cū deo ⁊ in q̄ salus hoīs ꝯsistit) mōstraret'. Propter duas itaqꝫ rōes de⁹ hoc sanxiuit mr̄imoniū Vna vt eēt generādis multiplicādisqꝫ hoībus aptissimū instrumētū. Altera vt eēt ꝯiūctōis inter deū et hoīeꝫ visibile signū. Verꝝ vt ista posterior copula hoīs cū deo p̄fectius ab hoīe notaret'. iō duas a p̄ncipio fecit de⁹ mirabiles ꝯiunctōes. vnā q̄ sociauit aīam cū carne: ⁊ ista est natural' et vnā q̄ coniūxit virū cū muliere: ⁊ ista est volūtaria ⁊ sacramētalis. Ista p̄ma ꝯiūctio est signum: ⁊ iō est sc̄da nobilior p̄ma. Nā sicut aīa est dignior sua carne: ita vir sua muliere Itē sicut vna aīa vnā tm̄ hꝫ carnē: ita vn⁹ vir vnā tm̄ mulierē. Itē sicut aīa nō p̄t a sua carne nisi morte īteruenīēte separi: ita vir ⁊ mulier nisi p̄ mortē diuidunt' Dn̄icus. Quātū ego aīaduerto: sicut p̄ma cōiūctio est p̄cipue signū sc̄de: ita ista sc̄da est signuꝫ tertie q̄ est coniūctio aīe seu humane nature cū creatore: que ē oīm maxima ⁊ p̄stantissima: sine qua incassuꝫ cetere estimātur Nā sicut caro p̄ aīam: ⁊ feīa p̄ virū sublimant'. viuificant'. nobilitantur: ita humana natura attollit' ⁊ vehemētissime digni-

Propter duas rōnes de⁹ mr̄imoniū īstituit

ficatur p copulā federis q̄ creatori cōiungit̄ Raymundus. Sicut ergo due sunt cōiunctōes visibiles: vna aīe cū carne: ⁊ altera viri cū muliere: ita duas nūc q̄so copulas spiritales itel lige q̄bus humana natura p̄t cū deo sociari Una est instar aīe cū carne: ⁊ fit p vnionē personalē qua deus ⁊ hō in xp̄o conue niūt in vnitate psone. Alia est instar viri cū muliere. ⁊ fit p vo/ luntariā pronāq; dilectōem qua etiā sponsa suo sponso salua/ tori strictis amplexib9 copulat̄. Et sicut de cōplexu maris ⁊ fe mine nascunt̄ filij naturales: ita ex copula xp̄i cū eccl'ia filij ge/ nerant̄ quotidie spiritales. Et sicut mulier est formata de viro ita ecclesia de xp̄o. Et sicut vir ⁊ mulier habēt in natura cōfor mitatē: ita xp̄s eccl'ie ꝯformat̄ p suam humanitatē. Et sicut in ter virū ⁊ mulierē est summa dilectio ⁊ sunt cor vnū ⁊ aīa vna: ita ecclesia xp̄m ⁊ xp̄s amat eccl'iam. ⁊ tradidit ꝓ ea in mortem aīam suā. Preterea sicut spōsus ornat ⁊ decorat spōsam suam ita ⁊ xp̄s spūalibus monilib9 intus decorat ecclesiā. Itē sicut sponsus spōsam suā ne lasciuiat castigat: ita et xp̄s ecclesiā. Et vt oīa in vnū conferā: sicut se habet bonus spōsus ad suā spō sam: ita christus ad suā se gerit ecclesiā Dominicus. Pulcra vtriusq; ad inuicē matrimonij ꝯparatio. Sed q̄ rōne obsecro sacramentū matrimonij inter alia noui testamēti sacramenta numerat̄. cū ip̄m ātiquū sit ⁊ nō nouū Raymūdus. Sacra mentū mr̄imonij sicut a p̄ncipio fuit institutū ad significandā p̄mā cōiunctionē spūalem q̄ fuit inter naturā humanā ⁊ crea/ torē: ita iā de nouo debuit institui ad significandā nouā copu lā que ē inter redēptā ecclesiā ⁊ saluatorē. Est igit̄ mr̄imoniū ⁊ antiquū ⁊ nouū sed diuersis respectibus. ⁊ ideo merito p̄t cū ceteris sacramētis estimari Dominicus. Qm̄ igit̄ mr̄imo/ niū est noue gr̄e sacramentū. ⁊ oē sacramētū certā dat grām ⁊ speciale aliq̄d quo hō indiget adiutoriū: rogo te vt dicas mihi quodnā est illud adiutoriū gr̄e q̄d in hoc sacramēto xp̄s dn̄s elargit̄ Raymūdus. Sicut ip̄e nosti in mr̄imonio dat̄ hoī facultas ex diuina institutiōe vt vtat̄ sua ꝯiuge ad sobolis pro creatōem. ⁊ ex ꝯsequēti dat̄ etiā illic gr̄a cū q̄ illud ꝯuenient̄ fie ri possit. Qui em̄ recta ītentōe ⁊ ad ꝓliū generatōem sacr̄m reci piūt mr̄imonij: hmōi etiā gr̄am ꝓmerent̄ ꝯ ꝯcupiscētiā carnalē

Nota duas cō iunctōes spiri/ tuales.

Nota que gr̄a dat̄ in mr̄imo nij sacramēto

quia aīa subleuat̄ a corruptione ⁊ nimio libidinis ardore: vt sit ibi copula singularꝫ. copula vtilis. ⁊ copula insepabilis Ex copula singulari nascit̄ fides q̄ vterq; ꝯiugū inuicē obligant̄ Ex copula vtili seq̄tur bonū ꝓlis ad qđ mr̄imoniū est institutū Et ex copula insepabili orit̄ bonū sacramēti. q2 ē sacramētū spūalis ꝯiunctōis sup̄ memorate. Et sic tria bona generant̄ ex mr̄imonio. s. fides. ꝓles. ⁊ sacramentum. Hec tria bona excusant immo honestāt ipam copulā carnalē ⁊ ipam copule ꝯcupiscētiā vt actus ille al's turpissimus honestus sit ⁊ meritorius Dn̄icus. Magna certe ⁊ admirabil' huius sacramēti gr̄a Raymūdus. Audi ⁊ aliā. Tres st̄ in hoīe inordinatōes ꝯcupiscentie ꝑuerse. Prima ē q̄ hō luxuriosus sepe multas appetit mulieres. sed p grām mr̄imonij iste appetit⁹ restringit̄ vt sit vnica ꝯsorte sua ꝯtētus. Scđa inordinatio q̄ hō luxuriosus magis q̄rit in coitu sue satisfacere ꝯcupiscētie q̄3 prolē aliquā ꝓcreare sed in mr̄imonio grām recipit vt magis cognoscat vxorē gr̄a sobolis q̄3 libidinis Tertia post ꝯpletā libidinē sol3 nasci nausea ⁊ fastidiū eius mulieris quā cognouit: ac tū illā respuit ⁊ q̄rit aliā. sed in mr̄imonio dat̄ gr̄a ⁊ adiutoriū vt nullā cupiat extra ꝯsortē suā. velitq; sp cū ea insepabiliter ꝑmanere Dominicus. O immēsam clementiā dn̄i saluatoris q̄ tali sacramēto nr̄is ꝯcupiscētijs benigne ꝓuidit.. Scit eñ ipse carnē nos lubricā gerere ⁊ sordib⁹ plenā. Et iō instituit miserans vt illicita desideria licitis matrimonijs restringant̄. Sed nunc paucis ostēde q̄ō mr̄imoniū sit sacramentū: ⁊ qđ illic est visibile: qđ inuisibile Raymūdus. Istud sacramētū instar se h3 sacramēti ꝑnīe: in q̄ nō est res aliq̄ corpalis. Verba itaq; a viro ⁊ muliere ꝓlata p q̄ interior ambor̄ ꝯsensus exꝑmit̄ sunt illud totū qđ ꝑmū apparet in mr̄imonio. ⁊ interior ipe ꝯsensus est id qđ in mr̄imonio significat̄. Et inde causat̄ vinculū obligatoriū inter virū ⁊ mulierē inuisibile. spūale. qđ nunq̄3 dissolui p̄t: diuina ordinatōe id disponēte. Sūt igit̄ tria istic p ordinē. sc3 verba exteriora. interior vtriusq; ꝯsensus. ⁊ ipm insolubile vinculum. ⁊ hoc vinculū est sacramentū. quia ꝯiunctōem inter deū et aīam: inter xp̄m ecclesiāq; significat Virtute huius vinculi vir trāsit in ꝑtāte3 mulierꝫ ⁊ ecōuerso. ⁊ tenent̄ sibi mutuo debi

Nota triplicē in mr̄imonio copulā necessariam.

Nota tres peruersas in hoīe deordinatōes.

Nota q̄ō matrimoniū ē sacramentum

tū reddere. Si voles hanc materiā pfectius nosse oʒ te q̄d iu/risperiti loquanť aspicere. Nos qđ nr̄m fuit sufficiēter ex̄pssi/mus: sil'r ⁊ de sacramētis vltra disputādis finē statuim⁹. Unū supest vt innūeras grās x̄po dño hūili corde dicamus q̄ hijsce pciosissimis sacramētis nos lapsos erexit. deo sibiq̄ȝ recōcilia uit. de ptāte tenebraꝝ eripuit. grām nobis ⁊ bn̄ esse ptulit. ⁊ et'nā gliam repromisit. vt de bn̄ esse grē ad esse optimū glie trāse amus. Dominic⁹. Ecce hoc postremū qđ de optio esse glie tetigisti hactenus mihi aīm suspēsum tenuit. cupiēs vehementeŕ agnoscere qūo esse optimū x̄ps miserator largiturus sit. Hoc em̄ complet ⁊ ꝯsummat totū hoīem. Tu ergo ꝓ tua humani/tate aliquid de hoc ocius edissere.

De vniuersali iudicio. et ostēdit de necitate vētuꝝ cū generali corpm resurrectōe ¶ Ca. lxxxiij

Aymūdus. Facerē: etiā etsi mīme rogares. Non em̄ oʒ hoīeȝ (de q̄ hactenus sp locuti sum⁹) dimittere incōsum matū. Egimus de hoīs creatōe: egimus de sua repatōe. nunc agendū est de finali eius retributōe. Tripl'r em̄ opatur de⁹ cir ca hoīem. scȝ ipm creando. reformādo. ⁊ iuxta qđ operatus est eq̄ssime iudicādo. Cū itaq̄ȝ sit hō opus dei viuū. nobile. mag/nificū. ⁊ p̄re ceteris creaturis suo ꝯditori simillimū. iō nō dȝ in cōsummatus impfectusq̄ȝ manere. Veꝝ q̄ nō p̄t vltimū cōse qui finē nisi p̄us opa eius examinenť ⁊ iudicenť. vt iuxta q̄lita tē sui opis vltime retributōis p̄miū sortiať. siue in eternā penā siue in gloriā sempiternā. Idcirco nūc necē est de hoc vltio et generali iudicio pauca dicere: ⁊ an etiā futuꝝ sit certis rōibus naturalib⁹ demōstrare Dñicus Ita fac obsecro: ego aures cordis diligēter admoueo Raymūdus. Iudiciū vniuersa/le futuꝝ p̄t ex ipius hoīs natura ꝓbari. Nā cū hō hȝ a deo libe rā voluntatē. ⁊ est opeꝝ suoꝝ dn̄s. iō opa eius rōne arbitrij sīt meritoria. ⁊ iō etiā iudicabilia: vt recipiāt iudicāte deo vel pe/nā vel gloriā Iustissimū certe est vt q̄ aliq̄d libera opatōe ꝓme ruit id a deo in integrū recipiat. vt deť ei post laborem sua mer ces Dñicus Si hō dȝ mercedē sui opis a deo recipe. iō ma nifeste ꝯn̄s est iudiciū ventuꝝ q̄ examineť ⁊ iudiceť quid ꝓme/

Q' vniuersale iudiciū est fu/turū patet his rationibus.

fuerit Raymūdus. Idem pbamus rōne debiti. Bonis eñi opibus debetur laus fauor et honor. malis vero e diuerso vitupe/rium ignominia et opprobriū. Hinc etiā oportet quod opa bona que propter deū sunt facta tantā recipiant a deo laudē et gloriā que nō possit amplior estimari. et opa iniq in iniuriā dei ppetrata tā grandē execratōem cōfusionēq3 sortiātur que neqat grādior posse dona ri. Ut igitur hec in summo fiāt: necē est vniuersale iudiciū pferri in cōspectu oīm hoīm et angelorum qui norunt inter bonū malūq3 discernere que iusta opa ab oībus approbentur. laudentur. et publi/ce honorentur: que vero reproba sunt cū summa oīm execratōe ex/plodantur. exsibilentur. cōfundantur Dominicus. Ut istud fiat quod dicis necē est oīm illic corda pscīētiasq3 palā cunctorum oculis pa tescere. vt boni cōem mereantur accipe laudē: et mali publicā pfu sionē Raym. Uerum tu dicis. libri eñi. i. pscie apientur et mortui iudicabuntur ex his que scripta fuerint in libris. Tertio pbamus iudiciū futurum ex cōditōe operum malorum. Nā opa iniq suppliciis puniri debēt et ignominiis. Nō eñi sola pena debetur pctīs: sed etiā apta cōfusio. cū plerūq3 hoīes magis timeāt pfundi quam tor qri. Ea nāq3 est oīm scelerum et malorum operum cōditio vt celari ve/lint sp et abscōdi. Quia igitur nemo malignus vult secretā fraudis sue neqciam agnosci: iō vt pctā oīa que nūc sunt occulta extrema et publica retributōe feriantur: necē est vniuersale apparere iudi ciū in quo oīa malorum furta. fraudes. artes et ingenia tāta clarita/tē cūctorum oculis patebūt vt sole clarius videātur Dñicus. Ha quam insani sunt quam vere vecordes qui nunc sua scelera vni hoī in pfessione apire refugiūt: qui in illo tremēdo iudicio tā lucida de mōstratōe cōfusibiliter expādentur. Quāto satius est nūc ea clam pdendo occulere: quam ea postmodū cū summo rubore palā ostē dere. et ostēdendo perire Raymūdus Istud certe pmerētur qui hic nolūt vllatenus de pctō cōfundi: ppriā laudē gloriāq3 que rētes. qbus eterna caligo et cōfusio reseruatur. Quarto pbamus iudiciū futurum ex gaudii tristicieq3 natura. Necesse est eñi vt iu stus de sua iusticia tam magnifice gaudeat vt pfectius gaudere nō possit: et impius de sua neqcia tā grandē habeat tristiciā vt ea nō possit maior hri. Ut aūt istud sic fiat necē est vniuersale iudiciū pmulgari: in quo boni ab oībus laudati summū gau/

diũ: ꝛ reprobi ab oĩbus vitupati eternam tristiciã mereantur. Quinto. nõ sunt nisi duo iudicabilia. scꝫ opa mala et opa bona. ꝛ q̃a cõtraria iuxta se posita magis ipa clarescũt. iõ est futurũ generale iudiciũ in q̃ oĩa opa bona ꝯpatiõe maloꝝ gl'iosissime illustrabunt. ꝛ mala opa ꝯpatione bonoꝝ extrema cõfusione sordident Dñicus. Terribile est qḋ loq̃ris. ꝛ qḋ prauoꝝ hoĩm possit aĩos pmouere. Sed nunquid hec extrema omnium operum retributio in sola hominis anima fieri debꝫ: an etiam simul et in carne

Q) generale iudiciũ oĩm corpoꝝ mortuoꝝ vniuersalē pre q̃rit resurrectõeꝫ ¶ Capitulũ. lxxxiiij

Aymũdus. Diximus p̃cedenti caplo. q generale iudicium respicit humanã naturã. Ad humanã aũt naturã ptinet ꝛ corpus ꝛ aĩa. Nã sicut est natura corpalis tm̃: ꝛ natura spũalis tm̃. ita est natura corpalis ꝛ spũalis sil'. Quia igit hec natura est iudicabibilis ꝛ p̃miabilis. iõ necesse est vt in corpore ꝛ in anima iudicet. Ut aũt hoc fiat oportꝫ fieri corporũ omniũ resurrectõem. vt sicut aĩa in corpore ꝛ cũ corpe aut peccauit aut iuste egit: ita etiã cum corpe recipiat quod pmeruit. Et quia illud extremũ iudiciũ est finalis omniũ retributio. iõ fieri debꝫ generalis omniũ mortuoꝝ resurrectio. Una ergo insepabili cathena colligant ꝛ vniuersale iudiciũ. ꝛ resuscitatio mortuorũ. Preterea. mortuorũ resurrectio est necessaria pter totius vniuersi cõplementũ qḋ ex trib ꝯstituitur naturis. Quia igitur corpalis natura tm̃: ꝛ spiritualis tm̃ pmanent in eternũ ideo etiã oportꝫ vt ex ambob cõdita natura suscitata in sempiternum pseueret Ideo etiã pueri qui ex pprio nihil deliquerũt pter cõplementũ vniuersi necesse est cũ aliȷs resurgãt. Preterea. aut nemo aut om̃es certe resurgēt. Si ergo aliquis iam resurrexit: argumentũ est q resurgēt ꝛ omnes. sed christus verus hõ iam a morte surrexit. ergo oēs resurgent qꝛ resurrectio debet humane nature. nec est impossibile fieri qḋ semel iã factuꝫ est Sicut granũ frumẽti cadēs in terra dum mortuuꝫ fuerit ꝛ reuixerit multiplicē fructũ affert: ita xp̃s mortu⁹ ꝛ suscitatus innũerabilē corpoꝝ resurrectõem opatur Ista aũt resurrectio

neq3 in xp̄o facta est ꝟtute humana: neq3 in nobis fiet ꝫ ptāte diuina Dn̄icus. Sed q̄li in corpe mortui resurgēt Raymūdus. Qui mēbra sꝫ xp̄i resurgēt xp̄o simillimi. in corpe lucido. agili. īpassibili ꝛ īmortali Qui aūt xp̄i sꝫ aduersarij dissimiles valde xp̄o resurgēt. in corpe tenebroso. ponderoso. grosso passibili. sed īmortali vt viuāt ꝛ vrant̄ ꝛ sentiāt sp̄. Cū em̄ virtus causaq3 resurrectōis ꝯsistit in merito vl' demerito hoīs qd̄ sp̄ etiā moriēte hoīe pmanet īmortale. Ne ḡ cassa ꝛ inania sint humana merita ꝛ ne vacuū appareat in vniuerso necē est futura vera corpm resurrectio. Dn̄icus. Quid hic origeniste dicturi sꝫ qui carnis negāt resurrectōem: asserētes oēm corpoream sūbam in fine mūdi penitus īterire. sicut in suo periarchon origenes exeq̄tur Raymūdus. Origeniste ꝛ horū seq̄ces iō decipiunt̄ q2 nō rectis oculis opa creatoris aspiciūt Jō dicūt em̄ resurrectōe3 nō esse. q2 putāt pfidi hoīes de mortuis extinctisq3 pulueribꝫ deū viuas carnes suscitare nō posse Dn̄icus Licet ego nō dubitē q̄n deus id possit: tu tn̄ ostēde qūo possit Raymūdus. Si deꝰ potuit innumerabiles reꝝ spēs sil' de terra ꝓducere: facile etiā poterit de suis pulueribꝫ ea q̄ p̄us fuerūt corpa suscitare. Sicut em̄ dei iusticia id req̄rit: ita ꝛ maiestas ꝟtutis eius id poterit. Preterea. si potuit deus tot corpa cōdere q̄ penitus nō erāt: q̄re nō poterit reformare q̄ perierāt. Preterea. si deus potēti manu aliq̄ cōstituit corpa incorruptibilia: vt sꝫ celestia corpa. q̄re nō poterit repare mortalia corpa nr̄a ꝛ ea facere īmortalia Dn̄icus. Nihil hac veriꝰ veritate

In q̄li corpore mortui r̄surgēt

Q) iudiciū generale futuꝝ sit p̄t ꝓbari rōne honoris. potētie ꝛ sapiētie dei ¶ Capitulū. lxxxv

RAymūdus. Ego p̄terea magnope tibi ꝓdesse arbitror si ꝓbem etiā generale iudiciū futuꝝ ex pte honoris ꝛ potentie dei. nō q̄ tibi fidē augeā ꝫ timorē. Nā ex quo deꝰ suo bn̄placito nullo aut rogāte aut cogēte humanā naturā cu3 nō eēt cōdidit. ḡ multo magis debitā faciet meritoꝝ oīm retributōem. Quia nō eēt equū hoīem libere opantē creare ꝛ opis mercedē nolle reddere. Scd̄o. cū finalis retributio sit opꝰ honoris soliꝰ dei extra se. quicq̄d em̄ deus opat̄ extra se ad suū id opatur

honorē. Et q2 iudiciū finalis retributōis est vltimū z cōpletū opus dei circa humanā naturā. ideo oz vt in hoc vltimo opere deus agat palā manifestādo summū honorē sue potētie. sue sapiētie. sue iusticie. Potētia apparebit in tot corporū suscitatōe. sapiētia in ɔsciētiaꝝ discussione. iusticia in meritorū eqssima distributōe Dominicus Hūc summū honorē deus nō acqreret exterius nisi humanā angelicāqz naturā ad examē generale deduceret: in quo possent sue potētie. sapiētie. z iusticie opa ab oībus videri z ɔmēdari Raymūdus. Preterea istō iudiciū vl'e cū debeat eē summe honorificū. laudabile. gl'iosum oz igit̄ vt illic fiant aptissime oīm meritoꝝ declaratiōes. oz q3 vt ferant̄ sentētie irreuocabiles: z final'r dent̄ meritoꝝ oīm iustissime retributōes. Reqrit em̄ hoc iudiciū vt in meritoꝝ declaratōib9 ostēdat̄ in iudice rectitudo veritatis. in sentētijs irreuocabilib9 auctoritas z ptās summe maiestatis. z in retributiōe p̄mioꝝ siue penaꝝ plenitudo iusticie z bonitatis. Preterea cū istud iudiciū sit summe honoris z maiestatis. iō nccē est q2 fiat cū tāta solēnitate pompa z magnificētia thronis z ptātibus obsequētib9 vti talē infinite maiestatis iudicē decz. Oportet igit̄ vt ꝓpter iudiciariā ptātem (q̄ terrorē ingerit z formidinē) oībus appareat deus iudex formidatus. minax. terribilis. metuēdus: z vt hūc terrorē exerceat iuxta suā reuerēdissimam maiestatē Dominicus Istud vere reqrit ɔtēptus hoīm iniquoꝝ. q̄ deū iudicē z sua mādata spernētes mille illū vicib9 offenderūt. Erit igit̄ oībus reprobis incōpabilis timor z tā immēsus vt nō possit augeri āplius. Puto tn̄ iustos cū securā habeāt ɔsciā3 nihil hūc iudicē formidaturos Raymūdus Justis illic tuta erūt oīa. Excipiēt tn̄ eū cū summa veneratiōe ac reuerētia: vidētes altissimā eius excellētiam. maiestatē. sapiētiam. virtutē. dignitatē. Ex q̄ em̄ istud opus iudicij est vltimum opeꝝ suoꝝ iō erit purissimū. excellētissimū. solēnissimū. summe honorificū sup oīa opa manuū suaꝝ. Dn̄icus. Ex his apte colligim9 (cum opus iudicij sit opus summi honoris. iusticie. virtutis z bonitatis) q2 ad deū maxime ptineat facere iudiciū et dare vnicuiqz s̄m opa sua. Sed q̄s erit iste oīm iudex. scio q2 deus. sed nunqd nō hō deus: vt ipse sit z iudex z retributor:

qui prius fuit oim repator Raymūdus Ille ipe xps iesus vni genitus dei: cui pater dedit omne iudiciū quia filius hominis est. Ideo merito deb3 hoies iudicare: cum 7 ipe homo sit. hominu3 redemptor et reparator Dominicus. Nihil verius: vltra progredere.

De excellētia huius diei pre ceteris diebus. 7 de finali retributōe ¶Capitulū. lxxxvi.

Raymūdus. Anteq3 loquamur de finali oim operū retributōe dicā pauca de nouissime diei magnificētia In hoc die oim precedentiū dierū opa ꝯgregabunt 7 suā mercedē recipiēt. In hoc die magnificētius opabitur deus q3 in ceteris sit opatus dieb9: hoies suscitādo ac imortales faciendo. 7 vnū quēq3 iuxta qd meruit eterna retributōe donādo. In hoc die solus opabit hō deus: in ceteris sua hoies opa ppetrarūt In h die deus ostēdet opa sue ptātis. sapie. iusticie. veritatis. et bonitatis. ꝯplens oia opa sua in summa laude gl'a 7 honore Hic dies erit dies timoris. angustiarum. 7 formidinis oibus iniquis Et dies gaudij exultatōis 7 glorie oibus iustis 7 bonis Dominicus. Merito igit hec dies nobis in ꝯtinua deb3 esse memoria: 7 ad hūc tanq3 ad suū centrū oia dierum nostrorum opa dirigere: 7 quantū possumus iusticie 7 virtutib9 opera3 dare: ne in illo die corā tanto iudice 7 oim hoim atq3 angelorum frequentia ꝯfundamur. Ubi aūt huius memoria diei nō habet / illic incōstātia regnat 7 malicia 7 oē opus prauū atq3 puersu3. Et qr iudex ille magnific9 nec errare poterit nec corrūpi nec decipi q oim scrutatur renes 7 corda. q oia videt 7 nihil negligit: iō hec assidue cogitātes et hūc diē pre oculis hn̄tes debemus opari quod bonū est. Bonorum em̄ laborum gl'osus est fructus: 7 regnū pmanēs sempiternū. Nationes aūt inique dire erūt ꝯsummatōis Raymūdus. Ex hoc ipo quod nūc dixisti finalem elicimus iudicij ꝯsummatōem. que fiet in bonorum malorumq3 ab inuicē ppetua sepatione. Due em̄ he gentes: vna iustorum: altera impiorum cū sint inter se ꝯtrarie ꝯtrias sn̄ias recipiēt. ꝯtrarias sedes mercedes. retributōes. Qui em̄ lucifero volūtate pessima adheserūt sua mēbra effecti: cū ipso in sempiternis ignib9 damna

Memoria diei iudicij

De finali retributione.

bunt. qui vero xpm dñm secuti sunt cu3 ipo in eternã gloriam sustollẽtur. Illi mergent in pfundissima abysso. isti leuabũtur in ẽpyreo celo Illi ignib: isti delicijs donabunt. Illi habebũt socios demones: isti angelos socios sortient. Illi pre immẽsis angustijs vlulabũt: isti p voluptatũ magnitudine gratulabũtur Illis supincũbit obscurissima ⁊ sempiterna caligo tenebrarũ: istis aũt deus erit in lucẽ sempiterna3. ⁊ lucerna eo℞ erit agnus. Certe nũc habes quod petisti. collige ex bis vltimũ hoĩs cõplementũ. Nã si bonus iudicatus fuerit sortiet esse optimũ cũ angelis in regno: sin vero malus esse pessimũ ppetuo possidebit cũ demonib in inferno Dominic⁹ Hoc extremo tuo sermõe elidit pestifera origenis in suo periarchon opinio. vbi asserit malos gehẽne supplicijs eruditos ṽtutes velle capescere ⁊ bis exercitos regnũ pmereri supnum Tu vero qui vtriq3 pplo statuisti limites sempiternos: huius viri somnia penitus vacuasti. At qm̃ nũc finẽ me video attigisse oĩm que volebã ⁊ ad vltimã retributõem puenisse: ago immortales grãs dignationi atq3 industrie tue. Dignatõi quidẽ q volueris: industrie vero q̃ me efficacissime instruere potuisti. Dũ viuo et spiritus hos regit artus memor ero huius optime institutiõis tue: vt semp meminerim me a summo creatore ppositum. ceteris creaturis longissime prelatũ. me mea inobediẽtie supbia collapsu3 mille tum calamitatib interceptum. xpi me miseratõe redemptum. suo me examini reseruatũ. ⁊ pro meritis bonorũ operum eterna premia recepturum. Verum quia in longam noctem hanc vltima3 disputationis nostre partem ptraximus: vnum abs te mi raymũde efflagito: vt ea que inter nos nunc agitata sunt (est eñ mihi fragilis memoria) libris mandes: quo et ego reminisci: et posteri hac vtilissima eruditione possint effici meliores Raymundus. Quanq3 primus liber olim a me scriptus apprime sufficiat: faciam tamẽ quod efflagitas. Nam ex quo hec nũc nostra disputatio succincta fuerit. plana. facilis. acuta. ⁊ lepore salibusq3 respersa. ideo añ primã editionẽ multo libentius a plerisq3 legetur. p̃sertim cum illa prolixitate sui fastidium legentibus generet: ista recreet fastiditos. Verum q obscura iam nox ad somnum nos euocat. cibo potuq3 ante

corpa foueamus: ac tum postea dulci liceat indulgere sopori.
Dominicus. Quamq3 tua adhortatõe ita roborat9 sim atq3 cõfotus vt carnis delicias nõ reqram: pareo tñ voluntati tue vt me ad tua iussa pnum inuenias quẽ tam beniuolum in meis precibus sum expertus.

¶ Finit inter magistrũ Raymundũ sebundiũ et dñm Dominicũ seminiuerbiũ disputatio. de hoĩe propter quẽ alie creature facte sunt: ex quarũ cognitõe illuminatr homo ad cognoscendum et se: et deum: et alias creaturas

Incipit septimus dyalogus pulcerrimus ac deuotissimus inter Mariã et Dominicũ: de misterijs sacre passionis dñi nostri iesu christi sp benedicti.

Dominicus. Audiuistertius ipso videlicet scõ parasceue die cũ interessem passiõi vnigeniti tui o maria (seqbar em̃ timidus cũ petro a lõge) vidi eũ plurima pferre et multa in illũ fieri q̃ me vehemẽter pmouerũt. Neq3 em̃ sine mira rõne est cur oĩpotens deus (quẽ tuũ filium esse pfiteor) tã acerba tormẽta: tãq3 indigna ludibria et pbra sustinere voluerit. Optabã anxius et mestus hor nosse misteria sed te cũ viderẽ immẽsis circũseptã angustijs et meroribꝰ innumeris absorptã nõ te interrogare psumpsi: sciẽs qr mihi rñdere nõ posses q̃ pene mortua videbaris. At nũc cũ iã fili9 tuus resurrexerit et mestitudinẽ oẽm tuã lõge ppulerit: oro te mitissima parẽs ne fatigeris mihi seruulo tuo passiõis vnigeniti tui misteria ppalare Maria Eya mi fili dñice infandũ (mihi crede) iubes renouare dolorẽ. Neq3 em̃ passionẽ filij sine cõpassione: nec lachrimosam sine lachrimis materiã potero memorari Ver qr sp cũ ingẽti fructu xpi passio recẽsetr vt tibi mihiq3 fructificẽ: morẽ gerã rogatibꝰ tuis Dominic9. Ago ĩmortales grãs humanitati tue: q̃ vt ceteris soles ita et mihi q3 immerito te beniuolã pbes. Dic igitr mihi o sapiẽtissima virgo qd cause ẽ obsecro cp dñs maiestatis filius tu9 (cuius sapiẽ nõ est numerus) tã ignominiosam subire voluerit passionẽ Maria. Di

tam paucis: tu tñ diligēter aduerte. Post illā humane preuari catiōis diabolo decipiēte ruinā vniuersalē: ex qua p vnū hominē peccatū introiuit in hunc mundū: & per pctm̄ mors: & ita in oēs hoīes ptransijt in quo oēs peccauerūt: post illam itaqȝ ruinā nemo diaboli dñationē. nemo vincula dire captiuitatis euaderet. nec cuiqȝ aut recōciliatio ad veniā: aut reditus pateret ad vitā. nisi coeternus & coequalis deo patri: filius dei etiā hoīs esse filius dignaret veniens qrere & saluū facere qd perierat. Ut sicut p adam mors: ita p mortem xpi esset resurrectio mortuoꝝ. Adam se & suam sobolē supbiendo deiecit. xps vsqȝ ad crucis necē se humiliādo in se credētes erexit. Adā diuinitatis gloriā ɔcupiscēs cōparat⁹ est iumentis insipientib⁹: xps factus nouissim⁹ viroꝝ cū deus esset: angelicis hoiem adequauit virtutib⁹. Adā suasu serpentis inobediēs in ligno peccauit. xps fact⁹ obediēs vsqȝ ad mortē per lignū cūcta restituit. Habes ecce breuiter qd petisti. Dominicus. O inscrutabilē diuine bonitatis abyssum: qui tali miseratiōe statuit deiecta erigere: & ɔfracta in integrū solidare. Sed qso te dulcis mater ne me estimes importunū si passiōis causas pticulari⁹ indagauero Maria. Facito vt voles: ego votis tuis libēs occurram

Cur xps passus in generali

Dominic⁹. Cū ingrederet vnigenit⁹ tuus acerbe passiōis ɔflictum: vidi illū pallescere. tremere. trepidare. & immēsis vallatū angustijs in faciē sup terram ɔcidere: & patrē vt a se mortis calicem auferret depcari. Harū angustiarū nosse cupio rōem Maria. Ey mi fili dñice qȝ ingēti merore mea nūc viscera pmouisti. nō possum equo animo harū calamitatū quas fili⁹ ptulit reminisci. Agnosce tñ in his angustijs cōditoris tui dulcem clemētiam. Pauores eñ hos & tristicias assumpsit vt nostras in se tristicias vinceret: & eternas quas hō meruerat angustias suis angustijs benign⁹ excluderet. Sicuti eñ (vt sup retuli) tuā mortē sua morte destruxit: sic tuā mestitudinē suis merorib⁹ eliminauit: vt faciē tuam exhilararet in oleo. & in mētis alacritate dño famulers Dominic⁹. Gratias benignissimo saluatori. qui suo pauore metū mihi dire mortis ademit. & in spem vite eterne fidēter animauit. Sȝ puto te nō latere mitissima: q xps dñs in agonia cōstitut⁹ sanguinē & aquam abū

Cur xps ptimescere voluit & ɔtristari

de sudauerit Maria. Cum id o fili spū reuelante vidissem ni
mio dolore cōmota vehemēter intremui: ⁊ sicut ille totā suam
carnē in sudorē: ita ego oē cerebꝝ meū in lachrimas reliquaui
Considerās eñ dñs iesus imminēs ⁊ amarū mortis discrimē
ac tū vehemēti anxietate ꝑmotus inflāmabat corpus ⁊ cor eiꝰ
vt aptis membroꝝ poris sudor sanguineus ꝓsiliret. Et hec q̄
dem benignissimus miserator in figura morietis hoīs vltro ꝑ
egit: qui hūane mētis in se certamē expressit. Hoīe quippe ad
mortē ꝓpinquāte vim quandā terroris ac formidinis patitur.
cū ꝑ solutōem carnis ad eterna ⁊ districta tribunalia purget.
Ne ergo fidelis xp̄ianus horā mortꝭ anxius sudāsqꝫ ꝑtimesce
ret: vnigenitus meus ⁊ sudare voluit ⁊ vehemēter metuere vt
illi hō grās haberet ⁊ corde diligeret Dominicꝰ Et merito
id quidē. Nā ego quoqꝫ hec abs te audiēs in eius amorē incā
descere incipio Maria. Agnosce etiā hunc (qui de toto cor
pore eius ꝓfluit) sudorē id portendere q̄ a mistico eiꝰ corpe qđ
est eccl̄ia sanguis fundēdus sit ⁊ sanctoꝝ martyria emanatura
Oīs eñ qui mēbrum fuerit xp̄i ꝑsecutōem patiat necē est. In
hoc p̄terea sudore nō oculis solū sed ⁊ membris oībus fleuisse
videt. vt misticū corpus eiꝰ totius sui corpis lachrimis pur-
garet. Hūc aūt sanguineū sudorē adeo copiosum fuisse ꝯgno
uimus vt magno ꝓfluuio laberet in terrā. vt terrenū hoīem ca
lido sanguine cōfoueret. ⁊ ad fructū vite mortuū aīaret Do
minicus. Multū libēter q̄ dicis excipio. nā amorē redolent et
pietatē. Vnū reminiscor qđ mihi bilem mouet ⁊ stomachū ve
vemēter. Cū ijsset xp̄s dñs obuiā hostibꝫ suis accessit ad eū ne
scio q̄s ꝑfidus ⁊ sub specie pietatis lupus agno mitissimo oscu
lū dedit: atqꝫ hoc pacto prodidit inimicis. Maria. Hoc est
osculū iude neq̄ssimi ꝓditoris q̄ amoris pignore vulnus infli-
xit. ⁊ charitatis officio sanguinē fudit. ⁊ pacis instrumēto mor
tem irrogauit: qui tñ ab alto stipite laqueo se suspēdit. Aduer-
te tñ huius osculi virtutē: nō malicia illud impmentis. ſꝫ patiē
tia recipiētis. Hoc eñ osculū deū tibi iratū recōciliauit. celuꝫ
resoluit. angelos pacificauit. Hoc osculū mundi blādicias in
absinthiū vertit. mūdi odia dulcescere facit. ⁊ frauduleta ꝓdi-
toꝝ oscula cauere te instruit ⁊ odisse. Dominicus. Nō arbi-

Cur sanguinē et aquam xp̄s sudauerit

Virtus oscu-li iude.

trabar has tali osculo inesse ꝟtutes. Hoc itaq; osculo xp̄s fu/renti populo denotatus: ꝯfestim ꝑuadit̃ ⁊ mult; verberib; agitatus diris vinculis colligat̃ Maria. Merore en altero mihi animum acriter ꝑmouisti. Nõ vacat tñ a misterio cur dñs maiestatis tanq; latro ligari voluerit ⁊ ꝯprehēdi. Adā in paradiso furtū latrociniūq; ꝯmisit dum fructū vetitū rapuit ⁊ momordit. Est em̄ furtum rei aliene inuito possessore attrectatio. Huius furti grā oē hoīm genus a diabolo ꝯprehēsu; ⁊ pctīs implicitū tenebat̃. Hūc furē deus vnigenitus meus vt solueret voluit incōprehēsibilis ꝯprehēdi: ⁊ summa libertas vincul̃ colligari. Hinc tātus hec vincula seq̄tur fructus vt colligationes impietatis dissoluant̃. nodi infirmitatū corripiātur. vincula mortis ⁊ inferni ꝓijciantur. ⁊ qui in tartaro ꝯclusi erāt solutis dolorib; liberētur Dominicus. O sancta vincula xp̄o q̄dem amara. sed nobis vere dulcissima. Vos queso funib; me charitatis astringite ⁊ sensus meos oēs ⁊ intellectū in obsequiū xp̄i captiuate neq; a fraterna dilectōe me vnq; separari ꝑmittite. His igitur vinculis cōstrictus corā anna pōtifice xp̄s statuit̃. ⁊ ferrata manu a seruo nequissimo duriter verberatur. Dū hec cernerē non potui fateor lacbrimas ꝯtinere ⁊ internū animi occultare dolorē. Maria. Nōne tūc optabas eū qui ꝑcussit aut celesti igne consumi. aut terra dehiscente sorberi. aut correptum a demonio volutari. Dominicus. Optabā certe: ⁊ mille in illum fulmina imp̄cabar Maria. Vide nūc mi dominice q̄; lōge sis a patientia redēptoris tui. Quam rogo vindictam: que fulmina: que supplicia in ꝑcussorem retorquere nō poterat cui creatura oīs seruiebat. Sed patientiā docens te instruxit inimicos nō animaduersione sternendos sed patiētia superandos. Dominic9. Optimū documentū et in tanto ꝑncipe mirabile humilitatis exemplū. Ab anna cū esset dñs iesus ductus ante cōspectum cayphe ꝑsulis: statim illic falsis testibus impetitur: et in multis nequiter accusatur.

Cur captus ⁊ ligatus xp̄s

Cur xp̄s falsis testib; accusat̃

Maria. Vide hic dominice saluatoris tui dulcissimam pietatem. Falsos testes innocens admittit vt veros testes ab electis abigeret. Qui etsi electi sunt: in multis tamen nocentes sunt. Quis em̄ gloriabitur castum se habere cor et mundum

esse a peccato. Accusator itaqz fratrū diabolus: etsi ipe in se ne quā et mēdax sit: hab3 tñ vnde electos corā summo iudice deo in multis accusare veracit' possit. Falsos ergo testes in se sum ma bonitas admittēs hoc suis fidelib9 pmeruit vt in suo iudi cio a veris accusatōib9 hostiū premuniri aut erui possint. Sa pit ne tibi qd dico Dominicus Imo dña mea optime mihi sapit: z cordis palato tuoz penetrāt mella vboz. Sed qd rō nis est rogo q' ad falsa testimonia penit9 nil respōdit. Ma ria. Ea est natura falsi vt silentiū agēte veritate se sibi citi9 men tiat. Nūqz melius falsum q3 suo cōmento destruit. Preterea xps exhibēs iusticiā siluit indignis exerēs misericordiā ne am pli9 peccarēt tacuit malignis: docēs patientiā cessit calūnijs. Sed vidisti ne mi dñice qūo dicēte dño (amodo videbit3 filiū hoīs sedentē a dextr3 virtutis dei) cayphas presul intumuerit. blasphemū pclamauerit. z pontificale sibi abruperit vestimen tū Dominicus. Uidi fateor: z maliciā funestissimi hoīs ve hemēter obstupui. Miror tamē quid illa sacre vest3 discissio in figura significet Maria. Nō vides quia dū sibi cayphas vestimenta discidit: ipm quo tegebat' velamentū legis abiecit. Intellige ergo iudeorū sacerdotiū pontificū sceleribus cito esse scindendū: z ab statu sue ītegritatis defatiscendū. Domini cus. Nunc cōplebit' (nisi fallor) vaticiniū Ozee pphete. Se debit inquit ppl's me9 dieb9 innumer3 sine rege. sine sacerdote sine sacrificio. sine ephot. z sine theraphin. Hoc est ephot qd cayphas scidit: quod resartiri non poterit in eternū. Sed cur christus laus z gloria eterni patris blasphemus voluerit pro clamari: abs te pia mater audire desidero Maria. Ut te pu rum a blasphemia custodiret. Homo em̄ peccator voluntate ore atqz ope deum z blasphemat et inhonorat: imitatus adā parētem suū. qui huius sceleris pmus reptor emicuit. Adam primus diuini nominis blasphemator: christus vero primus summi patris laudator. Ille corda filioz maledictis oppleuit christus corda atqz ora fidelium laudibus infrenauit. Hinc ergo ille mitissimus blasphemus dici dignatus est vt blasphe miam trifariam ab electis excluderet: et eterna benedictione fulciret Dominicus. Puto ob id etiā: ne in eam societatem

Cur tacet xps

Quid fcet ve stis sacerdotal' disruptio

Cur blasphe mus xps volu erit dici

numeremur vbi in inferno impij linguas suas ꝯmanducāt. et deū optimū sine intermissione blasphemant. Maria. Recte tu qdem. Q vero vidisti filiū meū turpibꝫ sputis inqnari hanc idcirco iniuriā ꝑtulit vt sputaminibꝫ in suā faciē susceptis aīa/rū nostraꝝ facies lauaret ꝛ extergeret. Adā cū precepta ꝯtemnēs vetitū sumpsit q̄si in dei faciē neqꝫter ꝯsputauit. Hinc ille a diabolo vicioꝝ inqnamētis cū sua sobole ꝯspui meruit. Sꝫ hec sputa ꝑ sputa q̄ ꝑtulit xp̄s miserator extersit Hinc cauēdū est xp̄iano ne more iudeorū xp̄i faciē ꝯsputet: dum aīam suā vicijs polluit: dū dei in se imaginē inficit: dū execrādis dogmatibus veritatē extinguit: dū eucharistie sacramētū inqnatus attingit: dum de ꝑceptis dei muneribꝫ grās ingratus nō agit.

Cur christus consputus

Dominicus. Optima informatio tua ꝛ alta mēte collocanda. Sed vidi (qđ sine lachrimis referre nō possum) post sputa atqꝫ alapas deū et dn̄m angelorū sordido peplo oculis velari. et multꝭ ludibrijs ꝛ verberibꝫ acriter fatigari. Maria. Heus singultus me nūc impediūt vt vix q̄ hic sentio valeā enarrare. At nūc huius velatōis accipe rōem. Primus parēs cū diuinitatis sciam appetijt lumē cordis amisit: ꝛ a regione lucis expulsus in hāc tenebrosam miserie vallē cū sua ꝓle descēdit In tantā deniqꝫ mētis caliginē miserandū genus hoīm spōte ꝓfecit: vt abiecto creatore creaturā coleret: ꝛ oīgenū deū mōstra neqꝫter adoraret. Totus pene mūdus vna hac erat tenebrarū cathena cōpeditus: nec fideꝝ limpide flāme illuminare hāc poterant noctē tenebrosam. Vt igiꝭ hanc caliginē deus miserator abstergeret ꝛ cecis mentibꝫ lumē veritatis infunderet. oculos suos sup solē clariores velo obscurari ꝑmisit: q̄s postmodum etiā in morte extingui sustinuit Hinc iaꝫ fili dn̄ice reuelata facie gloriā dn̄i speculamur: in eandē gloriā in lumē a lumīe trāsformati tanq̄ꝫ a dn̄i spū. Dominicus Vere fauus distillans labia tua ꝛ eloquiū tuū dulce Nō immerito (vt cerno) velamē sup corda iudeoꝝ positū est qđ nūq̄ꝫ eis auferri poterit donec fide instituti trāsierint ad xp̄m. Cū hec ꝛ multa alia ꝓbra circa filiū tuū o dulcissima agerenꝭ: petrus quē comitem mihi adhibuerā ab ancilla interrogatus repēte heu dolor ter dn̄m denegauit. Jn̄ ego ꝯfusus et mee imbecillitatis cōscius ne in similē

Cur velatus

erroré incideré citius impia p̄toria fugiés dereliqui. Petr⁹ vero intimo merore ɔpunct⁹ egressus foras fleuit amare Maria. Ego petro collapso pia mēte cōpatior. Sed hec negatio miserāte saluatore tantū valebit vt post petrū nemo vnq̄ʒ fidelis xp̄m in finē negaturus sit. Sed attēde queso vbi xp̄m pe/

Ubi petr⁹ negat christum

tr⁹ negauit. Illic certe vbi veritas explodit. impetit. exacerbatur. Nō audisti petꝝ negantē in monte. nō in domo. nō in tē/plo. sed in insano p̄torio vbi dei iusticia aut vendit aut ꝓpha/nat. Neqʒ in atrio petrus sʒ egressus foras amare fleuit: vt intelligas eū qui in circuitu est seculari: ꝛ qui cū improbis carnaliū cupiditatū ignibꝫ se inflāmat: cadere q̄dem vlterius posse: flere aūt nullatenus posse Dominicus Optime nos instituis doctissima mater. Sed q̄s ille est obsecro infelicissim⁹ quē a longe intueor ab arbore laqueo strangulatū Maria. Ipe est iudas ꝑditor cui nihil sua cupiditas valuit. Maluit em̄ se q̄ʒ denarios ꝑdere. quia denarios tēplo: animā diabolo: ꝛ corpus laqueo tradidit. Judas itaqʒ celo terreqʒ perosus: dū ꝑditōis culpā emēdare nō potuit/homicidij ꝓprij facinus adiecit Imitant aūt illū qui sunt ex p̄te illi⁹ Quicūqʒ em̄ dei gratiam aut susceptā fidē voluptatibꝫ aut diuitijs ꝑdit īfernali laqueo se suspēdit Dominicus. Intueor hic execrabilē duriciā iu/deoꝝ. quā nec ɔfessio peccati: nec restitutio precij: nec nephas suspēdij potuit emollire. Nō puto dn̄a a magno vacare misterio q᷑ p̄cio sanguinis xp̄i: bis scʒ triginta argēteis ager coemi/tur in sepulturā peregrinoꝝ Maria. Bn̄ putasti Ager pecu

Cur ager emit

nia coēptus mund⁹ iste est xp̄i p̄cioso cruore redēptus In hoc agro vere fideles tanq̄ʒ aduene ꝛ ꝑegrini sup terrā xp̄o cōmortui sepeliunt. ꝛ in p̄cio sanguinis eius tumulati eternā requiē sortiētur. Gētiles em̄ a lege ꝛ ꝓphetis hacten⁹ peregrini p̄ua iudeoꝝ studia in salutē suscipient: ꝛ in p̄cio sanguinis xp̄i dul/citer reqescēt. Dominic⁹. Donet mihi dn̄s tuo merito dulcissima mat̄ vt in hoc agro tanq̄ʒ aduena ɔsepultus in xp̄i sanguine obdormiscā. Hinc iā a cayphe domo ad pylati p̄torium xp̄m dn̄m sum secut⁹. Quē cū vidissem placido vultu. submis/so capite. ꝛ depssis ocul̄ corā iudice astare: lachrimas retinere nō potui Maria. Ego q̄ʒ dū hec cogito me a fletibꝫ tēpera/re nō possum. p̄sertim dū mēte cōcipio tot falsas calūnias. tot

cōficta mendacia. tot indignissima ꝓbra. Est tn̄ vnde nō medi
ocriter gloriemur. si aduertimus deū ac dn̄m maiestatis idcir
co falsas calūnias ꝑtulisse vt nos in veritate fundaret: ⁊ a de/
monū ĩproperijs ⁊ criminatōibꝫ benignus miserator erueret.
Dominicus. Magna dignatio ⁊ eo dulcissima q̄ gratuita
At nō minoris ē indulgētie q̄ etiā herodi regulo oĩpotēs rex
regū voluerit p̄ntari Maria. Nō vtiq; minoris. idcirco ei nūc Cur iudicibꝫ xps p̄ntatus
anne. nūc cayphe. nūc regi. nūc p̄sidi iudex oīm dn̄s cōtēptus
offerē vt tu posses eiꝰ tribunalibꝫ fiducius plenꝰ assistere et fa
ciē sedētis sup thronū: quā reprobi oēs horrescēt trāquilla mē
te ꝯtueri Dominicꝰ. Donet mihi qđ dicis pia virgo vnige/
nitꝰ tuus vt manū suā lōge faciat a me: ⁊ formido eiꝰ in illo iu
dicio nō me ꝑterreat. Sꝫ multū me mouit q̄ cū herodes mul
tis dn̄m sermonibꝫ discuteret: nō illi verbū ipse rn̄derit. nr̄i cre
do misertꝰ noluit leuissimo regi ꝯferre rn̄sum ne h̄ pacto eripe
ref a morte Maria. Et hec q̄dem sui silētij vna causarꝫ ē Ve Cur xps siluit
rū magis ⁊ hic ⁊ ad alia plurima interrogata silentiū agit: vt ĩ/
proba p̄me matrꝫ cū serpēte colloq̄a expiaret: ⁊ sua docta taci
turnitate ĩpios sermones excluderet. Si em̄ eua colubri vetu
isset effatus: nūq̄ a p̄fido hoste deciperet: nūq̄ a padisi sedibꝫ
pelleref. Dn̄icus. Huiꝰ tu docta periculo scā dn̄a: cū te ga
briel salutaret archāgelus nō an̄ illi rn̄sa dedisti q̄ illū verissi/
me nosses ab altissimo destinatū Maria. Ita instruimur a
dn̄o vt ꝯgnouerimꝰ spūs si ex deo sint: cū nōnunq̄ angelꝰ sa/
thane in āgelū lucꝫ se trāsformet Uex tu qđ cepisti p̄sequere
Dn̄icus Cū p̄stolarer ad valuas palacij reditū saluatoris: ec
ce subito foras a ministris educiē vincul' ꝯstrictꝰ ⁊ alba veste de
lusus. quē tāq̄ amentē ⁊ fatuū oēs heu dolor ceperūt explode
re. illudere. subsannare Uidi te q̄ꝫ ĩ itinere dn̄i eiꝰ reditū anxia
expectares deiectā. miserabilē. ⁊ ꝯpatiebaē tibi aīa mea Ma
ria. Erā reuera tū vltra q̄ credi p̄t mestissima. sꝫ ne nūc q̄dē si/
ne lachrimis huiꝰ memoriā habeo. Fuit tn̄ hoc spectaculū nō
mediocrit' fructuosū. Dn̄icus. Ita queso hūc mihi fructū Cur vt fatuꝰ xps voluerit irrideri.
dignāter assigna Maria. Memoraris ne dn̄ice quō p̄mus
parens dei sapiētiam ambiēs appetiuerit. Dominicꝰ Me
moror dn̄a mater. Sꝫ ⁊ nos q̄q; filij adā nescio quo pacto ad
scīe arborē tā libēter accurrimus. patiores sꝑ curiosum aliq̄d

